

17

1. 20

21

2. 21

3.

17

176

1.

2. 0

0

3. 0

7. 0

0

E. 16. Seite 21.

24
DE
PIARVM CAVSSARVM
MVTATIONE

DEO AVSPICE

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS CONSENSV

PRAESIDE

FRIEDRICO GVILIELMO
TAFINGERO

PHIL. IVRIVM D. HORVMQVE P. P. O.

SERENISS. WVRTEMBERG. DVCIS CONSILIARIO

ACADEMIÆ SCIENTIARVM ROVEREDENSIS

SOCIETATVMQVE LATINARVM IENENSIS

ET MARCHICO BADENSIS

SOCIO

PRO OBTINENDIS SVMMIS IN IVRE
HONORIBVS

D I S P V T A B I T

IOANNES FERDINANDVS CAMERARIVS
TVBINGENSIS

DIE XXX. SEPTEMBRIS MDCLXVII.

TVBINGAE
LITTERIS FVESIANIS.



1767 9.

28

DE

HARVM CASSARVM

MATATIONE

PRO TITULIS

IMPRESARIA TOTORVM ORBINS CONSERVA

PRÆSIDIE

FRIEDRICO GALLIFELMO TAPINCEO

FRIEDRICO HARVIA D. HOMMAYA P.B.O.

IMPRESARIA MARTHIMMENSIS D. CLIC CONSILIVIENSIS

TODSICIMUS SOCIETATIRUM EOCERBENSIS

SCICETATIRUM LATIANENSIS IMPRESARIA

ET MELCHIORIS SAMMIS

SCIO

PRO ORTINNDIS SUMMIS IN HAR

HOMMIS

TISSIT

1000000 FRIEDRICO GALLIFELMVS

TISSIT

1000000 FRIEDRICO GALLIFELMVS

TISSIT

1000000 FRIEDRICO GALLIFELMVS

TISSIT





§ I.

SCRIBENDI OCCASIO ET MATERIA
INDICATVR.



oquatus nuper admodum Nobilissimus me-
cum est Dominus Candidatus, cuius tam
eruditionem, quam modestiam, nisi arcta,
que inter Ipsum & me intercedit, necessitu-
do prohibet, pluribus hic publice cele-
brarem, de conscribenda, quam publice de-
fenderet, disputatione inaugurali. Incidi
occasione L. 16. D. de usu & usufuctu rel. per legatum vel fidei-
commisum datis, cuius resolutionem egregiam in examine rigo-
roso obtulerat Ipse Dominus Candidatus, in præsens de piarum
cauffarum mutatione tema, cuius tractationem qualem cunque
ut æqui bonique consulat Lector benevolus, decenter rogo.

A 2

§ II.

¶ X ¶

§ II.

PIÆ CAVSSÆ CONCEPTVS ET SYNO-
NYMA SISTVNTVR.

Quid aliud est *pia cauſſa*, quam omne illud, quod ex cauſſa pietatis, verae, vel putativæ relictum, donatum vel destinatum est, inquit *Iustus Henningius* a) BOEHMER, Ictus etiam post fata venerandus. Accipitur in hac ipsa, verbis quidem paucis, sed nervosa brevitate generalem omnis pie cauſſæ conceptum fiftente, cum prolixioribus aliorum Ictorum b) definitionibus omnino conspirante, definitio *pietatis* vox in sensu c) latiori, ut non solum amorem ac reverentiam erga Deum immortalem, sed & singularem amoris adfectum erga proximum totamque rem publicam sub suo complectatur ambitu. Respxit non solum ad eiusmodi latiorem pietatis piarumque cauſſarum sensum iam ipſe d) Avgvſtinvs, nomen pietatis etiam in operibus misericordia frequentari inquiens; sed conspirat eatenus quoque latinæ iſthui piarum cauſſarum denominationi aequipollens, a voce e) *mild*, misericordem denotante, descendens germanica dictio, *milde* f) *Sacken*, *milde Stiftungen*. Eadem ratione misericordiam denotat quoque vox g) *eleemosyna*, descendensque ab illa ipsa, tam antiquata vox *älmeſſe*, quam recentior hodieque usitata vox *Almofen*.

a) *Iustus Henningius* BOEHMER in *iure ecclesiastico protestantium* lib. 3. tit. 5. § 21. pag. 272. tom. 2di, Halæ 1743. 4. editi.

b) *Pie cauſſa* definitiones ampliores, sed re ipsa consentaneæ exhibentur in *Caroli Ottonis RECHENBERGII disputatione de eo, quod in piis cauſſis impium est*, sub praſidio *Io. Balthasaris L. B. de WERNHER* Vitembergæ 4. 1710. defensa, ſect. I. § 2. pag. 2. & in *Io. Christiani SALIGII dissertatione de larva pietatis detrahita cauſſis piis quoad conditionem indebiti*, Halæ 1722. edita, cap. 1. § 4.

c) La-

c) *Latiorem* isthunc a *strictiori*, nonnis amore ac reverentiam divini Numinis denotante, sensu, probe distinxit *Dieter Hermann KEMMERICH* in *programmate de iusto caussarum vere piarum favore*. Ien. 4. 1736. pag. 4. & 5.

d) *AUGVSTINVS de civitate Dei* lib. 10. c. 1. referente *Ernesto Godofr. Christiano KLÜGELIO* in *diff. de extensis piarum causarum privilegiis*. Vitembergæ 1761. 4. § 7. pag. 12.

e) Egregie hæc ipsa vocis *mild* significatio patet ex sequentibus antiquæ, seculo XIII. a poëta quodam anonymo de *leone & mure confictæ*, & in celeberr. *Christiani Fürchtagate GELLERT Nachdruck und Exempel von teutschen Fabeln*, in præfatione tom. I. libelli, Fabeln und Erzählungen inscripti, Lipsiæque 1748. 8. editi, propositæ fabula versibus:

Gedenkent wie der gewalt sy,
Dem miltikeit nit wonet by.
Gewalt erbermde soll han,
An gewalt sol tugend stan,
Der groſz dem mynden sol vertragen,
Nutze mag er ſin, der nit mag ſchaden.

f) Vid. cit. *KLÜGELII* diff. not. k. ad § 7. pag. 12.

g) Vid. de hisce vocibus non ſolum *Caroli DVFRESNE, Domini du CANGE* *gl̄ffarium ad scriptores mediae & infime latinitatis*, art. *eleemosyna carucarum*, in tom. 3. Venetiis 1738. fol. editi columna 39. & art. *mifericordia*, in tom. 4. ibidem 1739. fol. col. 763. fed & *Ioannis Georgii WACHTERI gl̄ffarium germanicum*, Lipsiæ 1737. 4. col. 39. art. Almosen.

§ III.

FACTARVM AD PIAS CAVSSAS FVNDATIONVM ORIGO ET RATIO PRIMA
INDICATVR.

Prima, quæ christianos homines ad id commovit, ut bona sua ad pias caussas facrosve usus destinent, ratio fuit absque dubio *vera pietas*, amorem atque reverentiam a) erga Deum immortalem, gratum erga ministros eius, divini verbi præcones, animum, amoremque erga omnem proximum totamque rempublicam, misericordia erga pauperes in primis conspicuum, complexa. Hisce ipsis igitur prospiciebant non solum moribundi christiani bene multi, sed eorum quoque curam eatenus fuscipiebant episcopi, providebantque, ut legata exsolverentur, cuius cura testimonium præbet concilium Vassenſe primum, seculo V. habitum, in quo congregati statuerunt episcopi, heredes legata, pauperibus relicta, sibi retinentes tractari tanquam homicidas, immo ut ipsos infiæcles, qui non credant iudicium futurum, quo de his sit ratio reddenda, prout recentet *Ioachimus b) HILDEBRAND*, Theologæ & SS. antiquitatum Professor Helmstadiensis.

a) Conferatur *Theodori THYMMII*, Theologi Tübingerensis gravissimi, *tractatus de bonis ecclesiæ, ad disputandum propositus*, Tübinger 4. 1621. pag. 3. seqq. ubi in *quaſtione I.* docetur, *largitiones & collationes omnium omnino effe hominum, ut sint cultus divini nervus, stipendia servorum Dei, & ſubſidia pauperum.*

b) *Ioachimus HILDEBRAND in historia conciliorum a N. C. usque ad ſeculi XVII. annum XLV. in ecclesia habitorum*, Helmstadt. 1665. recul. ibid. 1707. 4. pag. 118.

§ III.

§ III.

EARVNDEM RATIO VLTERIOR AC
SEQVIOR RECENSETVR.

Verae huic pietati (§ III.) accessit sensim sensimque superstitio, *putativa illa pietas* (§ II.), per opinionem de a) purgatorio, de precibus pro relaxatione & redemtione animæ præstandis, deque eleemosynarum meritis, hominum animis infusam, valde adaucta. Debentur ipsi huicce opinioni innumeræ dispositiones manium cauſſa, seu in remedium b) animæ factæ, *Selengeräte*, c) quæ ipsa vox, ex altera voce germanica *Rat*, ſalutem & prosperitatem denotante, connexaque voce *retten*, ſervare, salvare, & altera *Seele*, anima, ſuam habens compositionem, in genere denotat dispositionem de bonis mundanis ac transituris factam in remedium, refrigerium & ſalutem animæ post mortem, ut pœnis purgatorii relevetur, in ſpecie autem ſumi poſſe videtur pro testamento d) ad pias cauſſas, quum nonnisi in remedium animæ condita primitus fuerint testamenta.

- a) Testamenta ad pias cauſſas cum purgatorio ſimul orta eſſe docuit Gottlob Augustus IENICHEN in *conjecturis de refameti ad pias cauſſas origine*, Lips. 1734. 4. pag. 5. seqq. Conferantur quoque Ericus MAVRITIUS in *dissertatione de ſeculariſatione bonorum ecclesiasticorum ex iure divino & humano, præterim instrumento pacis, ac novifimis imperii constitutio- nibus*, cap. 1. § 5. & 6. pag. 499. seqq. in eiusdem diſſertatio- num & opūculorum volumine, cum praefatione Ioannis Ni- colai HERTII, Francofurti ad Moenum 1692. 4. edito, Chriſtianus WILDVOGEL in *dissertatione de iuribus altarum, vom Recht der Altäre*, Iena a Gottlieb SLEVOGT anno 1716. 4. defenſa, cap. 4. § 3. pag. 32. & 33. quibus præter citatum Thymmi tractatum cit. quaſt. 1. pag. 5. iungi, si placet, potest



potest *Tobie WAGNERI disputatio theologica contra satum ignem purgatorii Papistarum.* Tubingae 1676. 4. edita.

- b) Conf. *Io. Georgii SIMONIS iudicium pro anima* Halae 1693. 4. per modum disputationis editum.
- c) Conf. cit. *WACHTERI glossarium germanicum*, art. *Rat, salus, prosperitas* col. 1239. qui ipse tamen vocem *Seelengerät* ibid. col. 1242. art. *Raten*, & col. 1499. art. *Seelengerät* ad vocem, *ratem*, constitutere referendam esse, ad vocem Anglo Saxoniam rāde forsitan respiciens, putavit, notatus etenim a *Ioanne Christiano CLAPROTH* in *dissertatione de natura honorum secularium, in primis eorum, quae ad conventus perinuerunt, vulgo Clostergüter*, nota 3. ad § 1. pag. 306. in eiusdem *Sammlung turistisch philosophisch und critischer Abhandlungen*, que Göttingae 1742. 8. prodit, ubi aliam mihi vero magis probabilem haud viam dictæ vocis derivationem addit inquiens: "Mihi magis placet communior vocis significatus, quo *Geräte* utensilia indigit & adparatum, siquidem hoc genus legata pro adparatu habebantur ad placandum "Numen" per quam necessario.

§ V.

DICTA VLTERIORIS AC SEQVIORIS RATIONIS FREQVENTIA QVOAD SANCTOS ATQVE ECCLESIAS TANGITVR.

Putativa hæc pietas, summaque in primis in sanctos, variarum ecclesiæ tutelares, licet nonnunquam a) plane non existentes, veneratio, conceptaque b) per eorundem intercessionem, tam salutis æternæ, quam flabilitatis regnum & provinciarum obtinenda, spes commovit ipsos quoque impetrantes, ut maximas illis ipsis sanctis, eorumque ecclesiis, horum-

horumque ministris darent relinquenterque largitiones. Sic iam
seculo X. reginam Mathildem, Burgundia & Arelati Regis con-
jugem sancto Mauricio amplissimam reliquiss largitionem, te-
statut^{c)} epitaphium, illi ipsi in capella ecclesiae, cui nomen est
cloitre de St. Maurice contigua, beatæque Virgini Mariæ dedi-
cata, Viennæ in Gallia erexitum. Eadem ratione & privati
d) homines remissionem peccatorum, suamque & suorum fa-
ludem æternam non tam recte faciūt consequi studuerunt, quam
potius, ut cum e) Symmacho, episcopo Romano loquar, ære
fundisque mercati, prætentam & sanctitatem & paupertatem
respicientes, in primis clericis monachisque, tam inter vivos,
quam mortis causis, largissimis prospexerunt muneribus. Fa-
ctum inde est, ut eleemosynæ, misericordia opera generatim
omnia comprehendentis (§ II.) nomine frictiori f) significatu
venerint ecclesiarum possessiones, seu ut laudati D^VFRESNE
g) verbis utar, tenementa omnia illa, quæ concedebantur per
donationem ecclesiis cathedralibus, conventionalibus h) paro-
chialibus, viris religiosis, ut pro donatoris & suorum, tam
vivorum, quam mortuorum, animabus apud Deum orationibus
& divinis officiis intercederent.

- a) De sancto, ex voce germanica Hülfe, non satis intellecta, efficto
vide Historische Nachricht von dem Märtyrer Sanct Hulpe, be-
sonders in Bremen, womit zu der Feyerlichkeit, welche von der
reusischen Gesellschaft in Bremen öffentlich angestellter worden,
geziemend eingeladen Iohann Philipp CASSE, öffentlicher Leb-
rer der Beredsamkeit rel. Bremen 1765. 4.
- b) De hac ipsa sanctorum intercessione, cuius post alios multos
meminit quoque Andreas RÜDEL, S. I. Sc. canonum D. ac
Prof. publ. ord. in dissertatione Sanctorum ac Dei, suis in san-
ctis glorioſi, honorifica iura, adversus commentationem iuris pon-
tificis, scriptam a Io. Rud. ENGAV, vulgatam Iene A. O. R.
1734. sub tit. de honorificis sanctorum iuribus, adferente cap.
9. § 50 conferatur C̄hr̄istian Gottlieb BUDER, fautor meus,

B

etiam



- etiam post fata colendus, in programmate contiente *observationem de dominio direcio sanctorum cuelarum ecclesiistarum Germanie*, Ien. 1758. 4. pag. 3. seq. cit. RECHENBERG in allegata diss. de eo, quod in piis caussis impium est, sect. I. § 7. pag. 9. cit. WILDVOGEL de iuribus altarium, cit. cap. 4. §. 3. pag. 32. & 33.
- c) Describitur hocce *epitaphium* in libello, eruditis observationibus plenissimo, *Voyages liturgiques de France, ou recherches faites en diverses villes du royaume par le Sieur de MOLEON, contenant plusieurs particularités, touchant les rits & les usages des églises, avec des découvertes sur l'antiquité ecclésiastique & païenne*. Paris. 1718. 8. pag. 7.
 - d) Conf. cit. RECHENBERG, cit. diss. in primis sect. 2. §. 1. seqq. pag. 20.
 - e) SYMMACHVS, episcopus Romanus, in concilio Romano VI. anno 513. habitu, præcepit, ne quis bona & dotes ecclesiistarum invadat, aut vi secum decineat, ex hac ratione "quod illa bona ecclesiis sint praestita ab iis, qui remissionem peccatorum & vitam eternam mereari voluerint, qui fecus faxit, anathemate feritur. Conferatur Ioach. HILDEBRANDI cit. *bifolia conciliorum*, pag. 151.
 - f) De *sancitate*, monachis tribui solita, ad *vestitum* ipsorum extensa, testatur antiquior, qua nec hodienum ubivis in desuetudinem abiisse videtur, consuetudo, qua parentes vota pro ægrotis faciunt infantibus, se velle *puerulos*, si Deus sanos reddere eosdem vellet, per unum alterumve annum *babitu monachorum* induere, de qua videatur Frane. ERN. BRÜCKMANNI, Med. D. *epistola itinaria XXII, de medicis Viennensis a. MDCCXXIII. MDCCXXIV. MDCCXXV.* eorumque scriptis medicis, & medicina Viennensi, ad virum — Dn. Chr. Georg. SCHWALBE, Phil. & Med. D. rel. Wolfenbüttelæ 4. 1730. Notari hic meretur quoque *vespes monialis* post



post mortem sumendi consuetudo, de cuius antiquitate videri potest citatus liber egregius, *Voyages liturgiques de France*, pag. 236. ubi non solum Reginæ Galliarum, Blancae, matris Ludovici S. sed & alia feminæ illustris, monialis vestibus sepulta, mentio sit, posteriorisque epitaphium de anno 1327. sequentem inter alios verum? *In requie multa sit Nonnae ve-
ste sepulia:* continens exhibetur.

g) DUFRESNE in *glossar. cit. tom. 3. col. 40. art. eleemosyna.*

h) De cura pauperum, a iudæis primisque christianis exercita, factaque huius curæ ab ordinibus monachorum mendicantibus abusu vide M. Christoph Gottlieb STEMLERS, *R. in D. Ab-
handlung aus der Kirchengeschichte von der Currende und den
Currendanern 1765.* 8. Leipzig § 1-4.

§ VI.

EADEM SEQVIOR RATIO CONTRARIOS QVOAD LIBERTATIS DATIONEM ET AMISSIONEM EFFECTVS PRODVXIT.

*Alios, concedendo aliis libertatem, suæ saluti consulere, putativa (§ IIII.) pietate ductos voluisse, testatur facta saepius pro remedio animæ servorum manumisso, in primis tam a Caspare Achatio a) BECIO, JCto quondam Jenensi, quam celeberrimo Joanne Friedrico JOACHIMO b) pluribus considerata atque illustrata, Libertate donare servum, quo triste iugum ex-
cuteret, apud infideles iuxta ac christianos pia meritoriaque c)
censebatur caussa. Ipse iam JUSTINIANVS d) imperator da-
tionem libertatis rationem pietatis vocavit, interque pias retu-
lit caussas. Magis magisque autem per falsam de bonis operi-
bus e) persuasionem itabilita illa ipsa fuit sententia, hominum-
que occupavit animos, homines hominibus servire, iniustum*

quidam

B 2

putan-

putantes. *Alii ab hac ipsa servitute alieni in alia, qua se non hominibus, sed Deo servire, sibi persuadebant, servitute remedium anime quærebant, sanctorum ecclesiarumque, ac monasteriorum iis ipsis dedicatorum, serviis se ipsis devoventes, & ab iisdem gratiosam, suisque animabus proficuum, operum supererogationis communicationem sperantes.* Observavit id ipsum inter alios celeberrimus f) *Christianus Gotthieb Riccius, feminæque, anno 965. sancto Trudoni se ipsam in servitatem devoventis, exemplum enarranta verba sequentia exhibuit.*
 „Quædam femina nomine Gaudarda veniens ad monasterium „S. Trudonis, ubi ipse sanctus in corpore requiescit, & do- „minus Adelbero episcopus & abbas præesse videtur, ibi sua ge- „nuitatis libertatem amittens se sub iugo servitutis Deo & S. Tru- „domi tradidit famulaturam.

- a) *Caspar Achai. BECK in dissertatione de manumissionibus in ecclesia, Jen. 1712. 4. cui iungi potest D. Gottfried Rudolph POMMER in Sammlungen historischer und geographischer Merkwürdigkeiten, herausgegeben von Abraham Gotthelf KAESTNERN, Altenburg 1752. pag. 21. ubi inscriptionem, manumissionis in ecclesia facta testem, exhibet.*
- b) *Joannes Friedericus JOACHIM in commentatione historico-iuridica de manumissionibus in Ss. ecclesiis, ad tit. Cod. de his, qui in ecclesiis manumittuntur, von Freylassung der Knechte in den Kirchen, Hale 1737. 4. in primis § 17. pag. 27.*
- c) Conf. cit. BECKII diss. § 5. pag. 6.
- d) *JUSTINIANVS in lege 1. § 6. C. de communi servo manu- missio.*
- e) Conf. cit. BECKII diss. § 11. pag. 10. seqq.
- f) *Christian Gotthieb RICCIUS in zuverlässlichem Entwurf von dem landfäßligen Adel in Deutschland, Nürnberg 1735. 4-1 Theil, 8. Capitel § 4. pag. 92. ubi generalem non solum obser-*

observationem proposuit, sed & adductum exemplum ex *Aubertus Miræ donationibus Belgicis adduxit.* Conferatur quoque, præter illius. *Davidis Georgii Struben commentationem de origine nobilitatis germanica, & præcipuis quibusdam eius iuribus*, Jen. 1745. cap. 2. § 6. pag. 38. & *Christiani THOMASII dissertationem de iure statuum imperii dande civitatis*, Hal. 1696. rec. *ibid.* 1739. 4. § 30. pag. 28. *Gottlieb Samuelis TREVERI Untersuchung des Ursprungs und der Bedeutung des Märtenmannes, wobey aus den Urkunden der mittleren Zeiten die mancherley Arien der Ministerialium und Dienstleute der Heiligen gezeigt werden*. Helmstedt 1733. 4.

§ VII.

EADEM RATIONE NITI VIDENTVR PIÆ AD BIBENDVM FUNDATIONES.

Alios tandem improbus eo usque abstulisse videtur error, ut in *relietis* annuæque ingurgitationi destinatis, cerevisia vinique urnis vel *amphoris* aliquod suarum *animarum* quæsierint *refrigerium*. Talis maiorum nostrorum pro defunctorum animabus sollicitudinis exemplum sicutum statuta der fante Lorens Gilde a) Eyderstadii a. 1514. potum genio similque preces pro salute mortuorum fundere societatem iubentia: „Unde so scholen tho hope kamen alle de brædere „unde syftere, de de wancken meghen und eten und dyncken „in leue und vrolicheyb, und bidden vor alle de ghennen de de „vor sloven synth uth deme Gilde Sunte Laurentius. Referri huc meretur quoque perpetuus unius urnæ vini redditus, abbatii & conventui in Bebenhausen hunc in finem, ut monachis, sanguinis missione, vena verno tempore secata, facientibus propinetur, anno 1304. relictus a Wernhero de Gruning, de quo Friedricus Abbas & conventus monasterii in Bebenhausen in diplomate, a Valentino b) Ferdinando L.B. de „GVDENVS proposito, professi non solum sunt: „Quod, „cum



„cum Wernherus clericus, dictus de Gruningen, noster be-
 „nefactor, specialissimus & amicus, inter cetera bona que
 „saluis eternae intuitu nobis & nostro Monasterio contulit &
 „donavit, Redditusetiam unius urne vini, mensure Ezzelingen-
 „sis, quam habet ex feodo vinee duorum iugera, dictæ
 „Isenhut, site iuxta villam dictam zu dem Niderkain, in mon-
 „te dicto Galgenberg, nobis — donaverit sub hac forma,
 „ut post mortem suam in perpetuum singulis annis predicta urna
 „vini nostro conventui in minutione nostra, Pascali aut Penteco-
 „stali, ad bibendum totaliter propinetur, & si forte idem vi-
 „num aliquo anno fuerit venditum, aut aliis usibus deputa-
 „tum, teneamus pecuniam, sive valorem ipsius, pro illo
 „anno in conscientias nostras conventui Schonaugiensi pro fi-
 „milibus usibus expendendum exsolvere totaliter, & donare „
 „fed & annua huius ipsius fundationis observationi & promissio-
 ne & imprecatione sequenti prospexerunt: „ Nos —
 „prædictam donationem sub forma & pœna præscripta recipien-
 „tes cum actione debita graciarum, nos, & omnes successores no-
 „stros in perpetuum ad observationem præscriptorum, per solemp-
 „nem promissionem, & inviolabilem obligamus, nulla nobis
 „exceptione iuris canonici, vel civilis, consuetudinis vel facti,
 „sive statuto posterum edendo, ac compositione aliqua
 „interveniente ullatenus validura. Imprecantes nichilominus
 „indignationem Dei omnipotentis, & Matris misericordiae ei in
 „novissimo (die) proventuram, qui hanc tam gratiam nobis
 „donacionem & utilem præsumserit infringere, aut aliqualiter
 „immutare. „

- a) Statuta hæc videri possunt legique in Ernesti IOACHIMI de
 WESTPHALEN monumentis ineditis rerum germanicarum,
 præcipue Cimbricarum & Megapolensium, Tom. 2. pag. 508.
 Lips. 1740. fol. unde supra adductum, aliosque statutorum
 dictæ societatis Laurentianæ passim exhibuit supra citatus Io.
 Christ. CLAPROTH in cit. dis. de natura bonorum seculi-
 riorum not. 3. ad § 1. pag. 308.

b) V. 1.

b) *Valentin. Ferd. L. B. de GUDENUS in codice diplomatico
tom. III. 1751. 4^o. edito pag. 20. n. 16.*

S VIII.

REFERENDA HVC VIDETVR PERSONAM FUNDATORIS IN ANNVA COMESSA- TIONE AGENDI CONSVENTVDO.

Eadem pietatis putativæ ratione nitebatur olim, a doctissimo PELLOVTIER.^{a)} enarrata, Luteiis Parisiorum in collegio Cardinalis Joannis le Moine, ibidem anno 1513, sepulti, observari solita consuetudo, vi cuius sacræ huius aëdis antistites, antiquum, quo b) *archimimus* in ducendo solemni funere ipsum sererum, personam defuncti agens, eiusque mores vivendique rationem gestibus exprimens, præcedebat, inter Romanos usitatum, mōrem imitantes, die V. Januarii singulis annis ex suo aliquem cœtu eligeant, personam defuncti fundatoris agentem, cardinalisque habitu induitum, cum eleemosynario, rubrum gestante pileum, vespéra adfidentem, collegas potesta suos hospitio excipientem, variaque inter illos, confecta ex saccharo, bellaria distribuentem.

- a) *Conf. Anmerkungen über die gebeigten Zeiten der alten Gal-
tier und Teufelben von dem Herrn Pelloutier, aus der nouvel-
le bibliothèque germanique tom. XXIII. part. 1. art. 8. pag. 89.—
108. ins teutsche übersetzt, in des Hamburgschen Magazins
XXII. Bandes III. Stük. num. 3. pag. 107. cui iungantur
quoque pag. 105. seq. ubi saltationum concentuumque musi-
corum, refrigerationibus, a quodam canonico suis in officio
successoribus relictis, animatorum mentio iniicitur, omnino
opponenda libello gallico, Amstelodami 1766 sub titulo:
*Essai historique & philosophique sur les principaux ridicules des
différentes nations, suivies de quelques poésies nouvelles par
Mr. G... Doux* edito, & iuxta recensionem versionis eius-
dem*





dem libelli germanicae, Lipsiae c. a. 8. editæ, in newer criti-
scher Nachrichten 3. Band, 4. Stück, Greifswald den 24.
Januar. 1767. pag. 27. & 29. diplomatis in abbatia Quedlin-
burgensi occurrentis, foundationem eiusmodi ad bibendum,
ut plenius inde recreentur mortui, continentis mentionem
in sufficienti, indeque non solum violentie notam in Germanos
derivante, sed iisdem quoque solis imaginationem de percepto
a mortuis ex vivorum haustibus gaudio adstringenti.

- b) De hac ipsa archimimi funktione vid. *Abhandlung von den Pantomimen, bistorisch und critisch ausgeführt.* Hamburg
1749. 8. 1. Abschnitt, § 28. pag. 33.

§ VIII.

EADEM RATIONE NITI VIDENTVR DAM-
NVM VIVENTIBVS ILLATVM POST
IPSORVM MORTEM COMPENSANDI
ANIMVM DECLARANTES
DISPOSITIONES.

Nen autem pro sua suorumque salute tantum fundatio-
nes eiusmodi factas fuisse novimus; sed quoque damnum, vi-
ventibus illatum, compensaturi, aliorum commoda hac ipsa
ratione voluerunt promovere. Sic sub titulo *pro incertis, &*
male ablatis, sive fortis factis testatore ea, quæ injuria forsi-
tan aquifiverat, restituere voluisse, talemque voluntatis ultima
dispositionem pro reliquo ad pias cauſas fuisse habitam,
in specie obſervavit Erneſtus Godofredus Christianus a) Klüge-
lius. Dispositionis eiusmodi a canonico quodam Berlion,
anniversarias *pro remedio animarum illorum, quos in aliquo defrau-*
daverat, in feſto mortuorum celebrandas missas fundante, anno 1252, factæ testimoniūm perpetuum præbet epitaphium, il-
li ipsi in monasterio Sancti Mauritii Viennæ in Gallia exſtru-
ctum, cuius descriptionem dedit b) libri iam citati, tam curio-
ſis, quam eruditis, obſervationibus plenissimi auctor de Moleon.

a) Ern.



a) *Ern. Godofr. Chr. KLÜGEL in disputatione de extensis pia-
rum caussarum privilegiis.* Vitenberg. 1761. § 20. pag. 30.

b) Cit *Voyages liturgiques de France* pag 6. ubi de Viennensi-
bus agitur ecclesiis, & in specie describitur ecclesia, cui no-
men est cloitre de St. Maurice.

§ X.

EIVSMODI DISPOSITIONES, QVÆ AB INITIO FVERVNT VOLVNTATIS, POSTEA FACTÆ SVNT NECES- SITATIS.

Nixam fuisse ab initio hancce ipsam ad pias caussas re-
linquendi, donandi vel destinandi confuetudinem sola pia be-
nevolaque dantium voluntate, omni caret dubio. „Habent
„unusquisque” verbis, ex CONSTANTINI M. edicto desum-
tis, inquit imperator JVSTINIANVS “licentiam sanctissimo
„catholico venerabilique concilio decedens bonorum, quod
„optaverit, relinquere: & non sint cassa iudicia ejus. Nihil
„enim est, quod magis hominibus debeatur, quam ut supre-
„mæ voluntatis, postquam iam aliud velle non possunt, liber
„sit stilus, & licetum, quod iterum non redit, arbitrium.”
Determinatam fuisse voluntatem isthanc per doctrinas (§. III.)
& persuasions variis, prætentibus cit. *Carolo Ottone* a) RE-
CHENBERGIO, & excellentissimo humanissimoque *Guilielmo*
Friedrico b) LINKIO, I^oCto Altorfensi, facile agnoscat conce-
detque equus rerum aſtimator. Imposita autem sensim sen-
simque paſſim fuit ecclesiæ membris necessitas quædam, bono-
rum suorum partem relinquendi ecclesiis per notatam a cele-
berrimo de c) MONTESQVIO consuetudinem omnes, nul-
lam bonorum suorum partem ecclesiæ relinquentes, commu-
nione ac sepultura privandi. Habebatur nempe, observante ci-
tato d) DVFRESNE, ille, qui intestatus deceſſerat, olim pro
-ilis

C

damna-

damnato ac infami. Quum enim iuxta conciliorum canones, certam bonorum suorum partem distribuere in pios usus, ad animæ redēptionem quivis teneretur, salutis suæ curam is, qui id non egisset, quodammodo abiecisse videbatur. Iūsi igitur in aliquot synodis fuerunt sacerdotes, adhortari morituros, ut peccata sua sacramentali confessione eluerent, & de rebus suis in ecclesiārum vel pauperum favorem, aut in alios pios usus ad animæ salutem disposerent. Non vero in hoc aequieverunt clerici, sed progrederi eo usque nulli dubitarunt, ut iis, qui sacerdotum monita eatenus posthaberent, absolutio denegaretur & viaticum, nullumque existimaretur discrimen esse inter ejusmodi intestatos, illosque, qui sibi mortem intulissent, homines.

- a) *Carol. Ott. RECHENBERG in cit. diss. de eo, quod in piis caussis est impium*, sect. 2. § 6. pag. 29.
- b) *Guilielmus Friedricus LINK in progr. de fatis pie relictorum ex uroque iure*. Altorf. 1750. 4. pag. 4.
- c) *de MONTESQVIOV de l'esprit des loix. II. part. lib. 28. cap. 41. pag. 235. seqq. editionis Genevensis 1745. mai. 4. editæ.*
 » *Tout homme, qui mourroit sans donner une partie de ses biens à l'église, ce qui s'appelloit mourir Déconfés, evoit privé de la communion & de la sepulture. »*
- d) *DUFRESNE cit. glossar. cit. tom. 3. art. intestatus, col. 1425. seqq.*

§ XI.

NVLLA FACTA EIVSMODI DISPOSITIONE
POST MORTEM DETERMINABATVR
SOLVENDA AB HEREDIBVS
QVANTITAS.

Quum autem contingere nihilominus potuisset, ut non facta de bonis suis in ecclesiārum favorem dispositione ali-

aliquis decederet, quo animæ illius saluti consuleretur, referente citato a) D V F R E S N E , mortui partes eatenus suppleturi, sacerdotes atque episcopi sanxerunt, ut ex defuncti bonis elemosynas distribuerent, eoque nomine bona illa sequestrarent, debita creditoribus persolverent, eodemque modo, quò facta a defuncto dispositione testamentaria tenerentur, omnia exequentur *exequatores*, *elemosynarii*, b) *Seelengereter*, c) *Seelenwarter* d) *Ausrichter* e) dici soliti. Nonnunquam etiam illi, qui defuncto eiusmodi intestato sanguine erant iuncti, obseruante laudato de f) M O N T E S Q V I O V ab episcopo petierunt, ut cum ipsis nominaret *arbitros*, sumمام a defuncto ad pias causas in testamento relinquendam, iam ex hereditate sub *elemosyna* g) *rationabilis* nomine vindicandam, determinaturos. Habuisse etiam capitula & monasteria magistrum fidelium, qui & *fideliator*, vulgo etiam *Seelengereter*, magister oblationum & testamentarii dictus fuerit, dispositionemque habuerit piarum donationum, in animarum solatium unice destinatarum, cum ab exteris, tum a domesticis ex testamento provenientium, pluribus probavit laudatus h) H A L T A V S , cui iungi eatenus mereretur *Henricus Melchior* i) *Schiitte*, *fratris testamentarii* in monasterio ad id, ut huicce ipsis reliqua acceptaret, constituti mentionem faciens.

a) D V F R E S N E *cit. glossar.* tom. 3. cit. art. *intestatus*. col. 1428.

b) D V F R E S N E *cit. tom. 3. art. elemosynarius*, col. 45.

c) H A L T A V S *cit. glossar.* art. *Seelgeräter*, col. 1669. & cit. CLAPROTH *cit. dissi. de natura bonorum secularisatorum*, cit. loc. pag. 307.

d) H A L T A V S *cit. glossar.* art. *Seelenwarter*, col. 1670.

e) Sic non solum H A L T A V S in *cit. glossar.* art. *Ausrichter*, col. 80. ex reformationis Noricæ verbis, vocum *Ausrichter* & *Vollzieher des Testaments* synonymiam probavit, sed illa adparat in primis quoque ex manuscripto obligationis, in qua, se vi-

fundationis, ab Henrico de WESTEN factæ, pro celebrandis
quatuor missis, cuidam ordinis prædicatorum, a Dominico
instituti, monasterio annuam præstationem frumentariam de-
bere, abbatissa & conventus virginum monialium verbis fa-
tentur sequentibus: „Und darumb wand wir dis vorge-
„wandten Geltes *Uirichterinn* sind, und iergelich gebend
„und ausrichtend, als da vorbeschieden ist“, ex quibus ver-
bis adparet quoque, vocem *Gelt* non significare tantum pecu-
niam & præstationem pecuniariam, sed aliud quodcumque
debitum, aliam quamcumque præstationem, prout etiam
HALTAVS in cit. glasnar. art. *Gelten* col. 633. seqq. obler-
vavit *gelten* esse debitum præstare, solvere, reddere.

- f) Cit. de MONTESQVIO v cit. loc. pag. 235. seq.
- g) DVFRESNE cit. tom. 3. art. *eleemosyna rationabilis*, col. 40.
& art. *intestatus*, col. 1428. & tom. 4. art. *legatum*, col. 1051
- h) Cit. HALTAVS cit. art. *Seelgeräter*. col. 1669.
- i) Henr. Mcleb. SCHÜTTE in *dissertatione historico - iuridica de*
iure Suſtenſi, eiusque & iuriſ civilis collatione in ſucceſſione
ab intefato. Erford. 1720. cap. 1. § 14. pag. 16, ubi ex
Christophori BROWERI antiquitatibus Fulderib⁹ probat,
Fulda eiusmodi fratem fuisse testamentarium.

§ XII.

INTER OMNES FUNDATIONES EIVSMO- DI PIAS EMINENT ILLÆ, QVÆ PRO CANENDIS FACTÆ SVNT MISSIS.

Factas fuisse ecclesiis ac monasteriis largitiones frequen-
tissimas, ut pro mortuorum animabus apud Deum orationibus
ac divinis intercederent officiis, ex supra (§ IV. & seqq.) di-
ctis

Etis satis constat. Inter orationes, plerumque, dum Mantuanus canente, filo insertis numerant sua murmura baccis, fundi solitas divinaque officia eminet missa, in qua pro defunctis non secus ac vivis, pro peccatis, ponis, satisfactionibus, & aliis necessitatibus sacrificium propitiatorium offerri creditit non solum a) antiquior, sed adhuc in concilio Tridentino b) sub anathemate iussa est credere ecclesia Romano-Catholica. Fundata igitur fuit missarum non ipso funeris atque exsequiarum die solum, sed & postea quotannis uno, nempe emortuali die, sive pluribus statis diebus, in animarum defunctorum suffragium canendarum c) multitudine fere innumera. Ipsa etiam praedia, vel pecunia, quae pro celebranda missa dabatur, observante sepius citato D^r FRESNE, elemosynæ, strictissimo nempe, a strictori & latiori (§ II. & V.) probe distinguendo, significatu sumta, denominatione κατεξοχην venerunt.

- a) Conf. cap. 2. § 11. X. de celebratione missarum, & Juss. Henning. BOEHMER in iure ecclesiastico protestantium, lib. 3. tit. 41. de celebrat. miss. § 65. seqq. pag. 769. tom. III. Halæ 1736. 4^o editi.
- b) Concilium Tridentinum sess. 22. de sacrificio missæ, can. 1. 2. & 3. pag. 757. in Bartholomai CARANZÆ summa conciliorum a S. Petro usque ad Iulium III. pontificem, a Francisco SYLVIO Duaci 1679. 8^o edita. Conferantur, præter cit. Joacobi HILDEBRANDI primaria ecclesiæ offertorum pro defunctis; hoc est de veterum oblationibus, missis, precibus, elemosynis pro defunctis, sententiam orthodoxam, pontificiorum suffragiis pro defunctis oppositam, Helmstad. 1666. rec. ibid. 1741. in primis cap. 5. § 14. pag. 60. & cap. 8. § 14. pag. 60. I. Salom. DEYLINGII insigniores Romana ecclesiæ variationes circa eucharistiam factæ, Lips. 1726. §. 11. & 12. pag. 24. seqq. Christophori Matthei PFAFFIT dissertatio expendens questionem: Num ex 2. Maccab. XII, 39. seq. adstricte possint missæ & preces, pro defunctis ex purgatorio liberandis. Tübinger. 1749. 4^o § 9. pag. 33.

C 3

c) Mul-



c) *Multitudinis missarum*, ab una persona fundatarum, admodum magua exempla referunt cit. HILDEBRAND in cit. *primitiva ecclesie offertorio pro defunctis*, cap. 15. § 7. pag. 105. alii Cbr. WILDVOGEL in cit. *diss. de iuribus altarium*, cap. 4. § 3. pag. 33.

d) DVFPRESNE in cit. *glossar.* tom. 3. col. 41. sequentem *Concilii Hispalensis*, anno 1512. habiti canone adducit: "Mandamus & ordinamus, ut cum aliquis sacerdos receperit elemosynam seu portionem pro celebranda missa seu missis, teneatur illas celebrare eademmet die vel tempore commendato."

§ XIII.

OMNES EIVSMODI FUNDATIONES, ETIAM
PENES CATHOLICOS, ET QVOAD IPSAS
MISSAS, NON OMNEM RESPVVNT
MVTATIONEM.

Quemadmodum vero omnes eiusmodi donationes ac fundationes pietate quadam (§ II. & III.) nituntur: ita ad hanc recipiendum semper est, illæque omnes ex hac ipsa, principalique proin donatorum & fundatorum intentione sunt astimandas, & iuxta præsentes doctrinæ, in republica publice adprobatae, alias que huius a) ipsius circumstantias determinanda ac corrigenda. Nec aliena videtur esse ab hisce faciendo determinationis ac correctionis principiis ecclesia Romano-Catholica, quum & in illa ipsa fundationes varias, illisque determinatos ritus mutationes varias subiisse constet. Sic ritum deponendi vel sepe liandi b) alleluia, in ecclesiis quibusdam Gallicanis olim usitatum abrogatum, abrogatas quoque fuisse choreas ac c) comedationes, quarum exemplum supra (§ VIII.) tetigimus, novimus. Sic quoad ipsas missarum foundationes (§ XII.) mutationem dicta admittit ecclesia, ita ut exempli gratia sacerdos, qui ex instituto capellania, vel alio titulo missam votivam aut de-

defunctorum celebrare tenetur, satis facere censeatur dicendo missam currentis diei, etiam feriate & simplicis. Observavit id ipsum P. Robert d) KOENIG, modoque dictæ regula prorsus conformem addidit rationem, quod in eo casu ecclesia disponat, corrigatque intentionem eius, qui tales missas ordinavit, & fructuosior futurus sit devotionis adfectus, si ecclesiastico ritu fuerit congruus.

- a) Plura dubio procul de hocce ipso ad rem publicam respectu dedit Ioannes Gottlieb WALDIN, in novissima, quam ego quidem nondum vidi, dissertatione de habitu pie fundationis ad crucem, Marburgi anno 1766. 4. edita.
- b) Conf. Besondere Nachrichten von dem Worte Alleluja, aus zwei alten Handschriften, davon die eine zu Toul, die andere aber zu Sens befindlich ist, in des Hamburgischen Magazins XXII. Band, V. Stück, num. VI. pag. 523.
- c) Conf. supra cit. Anmerkungen über die gebeilige Zeiten der alten Gallier und Teufischen von dem Herrn Peloutier, in cit. Hamburgischen Magazins XXII. Band, III. Stück, pag. 304. sqq.
- d) Robert. KOENIG in principiis juris canonici, tom. II. Salzburgi 1714. 4. lib. 3. decretal. tit. 41. de celebratione missarum & sacramento eucharistiae rel. § 4. num. 3. pag. 313.

§ XIV.

ESTIMANDÆ SVNT EIVSMODI MVTATIONES EX PRINCIPALI DONATO-
RVM AC FUNDATORVM INTEN-
TIONE PRÆSVMTAQVE
VOLVNTATE.

*Nititur certe modo dicta (§ XIII.) principalis intentio-
nis determinatio & aliqualis correctio ipsa ipsorum donatorum ac
fun.*

fundatorum voluntate præsumpta. Testatorem disposuisse id, de quo, si interrogatus fuisset, ita se voluisse disponere, respondisset, docentibus *Iacobo a) MENOCHIO*, Professore Patavino, & biga b) ICtorum Tübingerium gravissima, *Gabriele SCHWEDE RO* & *Iacobo Davide MOEGLINGIO*, generatim præsumitur, omneque id, quod ex conjecturata eiusmodi testatoris voluntate colligitur, satis esse expressum dicitur. Ex qua ipsa generali præsumtione hanc ipsa specialis fluit præsumtio, fundatores eiusmodi ac donatores quoad fundationes donationesque suas & doctrinæ publice receptæ ac adprobatae & aliarum rerum circumstantis se omni ævo voluisse conformare, dummodo ipsorum intentio non in totum pereat. Firmavit certe præsumtionem hancce specialem ipsa *pax c) religiosa*, anno 1555. quoad fundationum ac redditum, piis usibus destinatarum, administrationem sequentibus, receptæ in unoquoque loco religionis ratione habentibus, verbis dilponens: „sollen den „noch von solchen obgenannten Gütern die nothdürftigen „Ministeria der Kirchen, Pfarren und Schulen, auch die Al „mosen und Hospitalia, die sie vormals bestellet und zu bestel „len schuldig, von solchen obgemeldten Gütern, wie solche „Ministeria der Kirchen und Schulen vormalis bestellt, auch „nachmals bestellt, und verschen werden, ohngeachtet was „Religion die seyen.“

a) *Iacob. MENOCH in consiliorum sive responsorum libro II. Venetiis 1577. fol. edito, cons. 141. num. 12. pag. 165.*

b) *Laudati Gabr. SCHWEDE & Iac. Dav. MOEGLING in cit. collect. nov. consilior. iurid. Tübinger. Vol. 1. cons. 31. num. 26.*

c) Videatur cit. *pax religiosa* § 21. Als auch den Ständen, in neuer und vollständiger Sammlung der Reichsabschiede, Frankfurt am Mayn 1747. fol. III. Theil, pag. 19. Conf. Erici MAVRITII cit. dis. de secularisatione honorum ecclesiasticorum rel. cap. 3. § 9 pag. 508. & 509. cit. dissertationum & opusculorum.

§ XV.

§ XV.

MVTANDÆ IGITVR SVNT PIÆ CAVSSÆ
IN ALIAS PIAS CAVSSAS, IVXTA
MODESTINI DECISVM.

Tantum igitur abest, ut eiusmodi fundationes donationes que piæ tolli præstatioque destinatorum eatenus annuorum reddituum prorsus omitti, aut hi ipsi ad profanos converti possint usus, ut potius, si & doctrinæ in republica recepta ac adprobatae, aliarumque in illa circumstantiarum qualitas determinatum primitus iuxta intentionem testatoris vel donatoris exequendum non amplius admittat, *legata eiusmodi donationsque piæ in aliam converti debeant causam piam*. Pretulit eatenus Doctoribus nostris recentioribus facem *Modestinus* ICtus, Romanis, memoriae propagandæ a) admodum studiofis, de casu legati cuidam civitati hac lege relikti, ut ex redditibus quotannis in ea civitate, memoriae defuncti conservanda gratia, spectaculum, quod illic celebrari non licet, celebretur, expressis sequentibus b) respondens verbis: „Quum testator „spectaculum edi voluerit in civitate, sed tale, quod ibi ce- „lebrari non licet, iniquum esse, hanc quantitatem, quam in „spectaculum defunctus destinaverit, lucro heredum cedere: „igitur adhibitis heredibus & primoribus civitatis dispiciendum „est, in quam rem converti debeat fideicommissum, ut *memo- „ria testatoris* alio & lictio genere celebretur. „

- a) De studio veterum, sui memoriam propagandi, videantur *Ioannis KIRCHMANNI*, Professoris Rostochiensis, postea Rectoris Lubecensis, *de funeribus Romanorum libri quatuor*, Lugduni Batavorum 1672. 12. lib. 4. cap. 9. pag. 531. & *Christiani Henrici TROTZII* Jcti, primum Franequerani, postea Ultraiectensis, *tractatus iuris de memoria propaganda, seu de studio veterum memoriam propagandi*, Traiecti ad Rhenum

D

num

¶ ¶ ¶

num 1734. sect. 8 cap. 9. ubi in specie de legatis & fideicommissis, memoriae conservanda causa relictis, agit.

- b) *MODESTINVS in L. 16. D. de usu & usufructu, & reditu, & habitatione, & operis per legatum vel fideicommissum datis.*

§ XVI.

MODESTINI RATIONEM GENERALEM IN ADPLICATIONE AD CASVS SPECIALES SEQVVTVS EST BARTOLVS.

Sequitus eandem est facem, iuris ille monarca & lucerna, Bartolus a) Picenus Saxoferratus, Caroli IV. imperatoris consiliarius, Pisis Perusisque doctoris functus munere, generatim b) docens, *legatum ad opus illicitum* de consensu partium *converti debere ad opus licitum*, generalemque isthanc regulam ad speciales c) casus verbis adiplicans sequentibus: „Et „pro hoc dixi, quod si testator reliquit centum pro missis ca- „nendis, quae non possunt cantari propter interdictum, illud re- „lictum debet converti in alium usum, ut est casus hic, & idem „in similibus. Testator reliquit unum pondere, ut ibi unum „monasterium construatur, quod tamen de iure ibi construi „non licet, tunc debet converti in alium usum plium, ut hic,“

- a) Conferatur illustr. JCii Halensis, *Danielis NETTELBLADII initia historiae litterariae iuridicae universalis*, Hal. 1764. 8.
§ 139. pag. 8. & Vita cl. JCii BARTOLI de Saxoferrato, au-
toore Io. Paulo LANCELOTTO, I.C. in Ioannis Gerbar-
MEVSCHENII vitis summorum dignitate & eruditione viro-
rum. tom. I. Coburgi 4. pag. 78.

b) BAR-

b) BARTOLVS ad L. 16. de usu & usufr. leg. pag. 663. in eiusdem in secundum tomum pandectarum iuris commentariis, studio & opera Iacobi CONCENATII, Basil. 1562. fol. editis.

c) BARTOLVS cit. loc. pag. 664. num. 3.

§ XVII.

CONSENSVS CANONISTARVM, ERNRICI
PIRHINGII ET LVDÖVICI ENGELII,
ALLEGATVR.

Eandem sententiam defendit quoquo biga scriptorum iuris canonici celeberrimorum, Ernricus PIRHING & Ludovicus EN- GEL. Adseruit ille a) non solum, quod, „si a testatore ali- „quid legatum seu relictum sit ad certum piuum usum, aut locum: „sed ad illum applicari non possit, tum non ideo legatum sit „caducum, sed debeat ad alium usum vel locum piuum applicari, „arbitrio episcopi & exequitorum, ita tamē, ut quantum „fieri potest, voluntas testatoris servetur,“ sed expressis quo- que verbis ad citatum (§ XV.) MODESTINI responsum sta- tutamque in illo fundationis mutationem provocans, sequen- tem illi, quam supra (§ XIII.) tradidimus, conformem ratio- nem addit: „quod per talem commutationem principali intentioni „testatoris satifiat, que est honor, & salus animæ.,“ Hic b)
„vero quæstione: „utrum aliquando ultima voluntas circa „pias caussas commutari, & quod a defuncto ad certum usum „relictum est, ad alium applicari possit?“, pro regula tenen- dum esse, quidem respondet, quod ea, quæ largitione fidelium ad certum usum piuum destinata sunt, ad illum & non ad alium debeat converti, sed tamen mox addit, salvam sedis aposto- licæ sedem de iure communi eatenus esse, & ex concilio c)

Tridentino etiam episcopum, tanquam sedis apostolice delegatum *tales commutationes ex iusta & rationabili causa facere posse addit, variasque causas pro iustis haberi solitas enarrat, interque illas ipsas non solum in specie hanc quoque, si usus non sit necessarius, resque applicari utilius possit, nominat, sed ulterius quoque observat, quod si tantus missarum numerus ex relictis defunctorum alicui impositus sit ecclesiæ, ut illis nequeat satisfieri, possit episcopus in Synodo Diœcesana, abbatesque & generales ordinum in capitulois suis generalibus possint pro sua conscientia tales missas ad minorem numerum ita tamen, ut eorum, qui pro sua anima aliquid ecclesiæ reliquerunt defunctorum commemoratione fiat, reducere.*

- a) *Ernricus PIRHING in iuris canonici nova methodo explicati, tomo 3. Dillingæ 1676. fol. edito, lib. 3. tit. 26. de testamentis & ultimis voluntatibus, num. 123. pag. 396. adseritione 3.*
- b) *Ludovicus ENGEL in collegio universi iuris canonici. Salzburgi 4. 1693. edito, lib. 3. tit. 26. quæst. 19. num. 23. pag. 639.*
- c) *Concilium Tridentinum sess. 22. de reform. c. 6. & sess. 25. de reform. c. 4.*

§ XVIII.

CONSENSUS HIERONYMI SCHVRPFII ET PHILIPPI MELANCHTONIS LAVDATVR.

In eandem sententiam, mutationem eiusmodi fundationum ex iusta causa admittentem, ivit non solum *Hieronymus SCHVRPF.*

SCHVRPFPIVS, ICtus, sed ipse etiam *Philippus MELANCHTON*, Theologus, uterque Professor Vitembergensis laudatis simus. *Ille* non solum de relictis ad certum pium usum ^{a)} inquit: „si isto casu, quando scilicet bona sunt destinata in aliquem usum certum pium, ut ibi perpetuo remaneant, non possunt in illum usum impleri, debent converti in alium;„ sed alio quoque ^{b)} loco certi iuris esse tradit, „quod data, oblatâ, & relicta in certum pium usum, si iste usus destinat, vel in ipsum, propter aliquam certam causam converti non possint, quod talia debeat ad alium pium usum converti.“ In utroque autem loco supra (^{c)} XV.) allegatam Modestini decisionem, generalem adserti sui rationem sistentem, allegat. *Hic* vero, eadem ratione commotus, bona ecclesiæ dicata, si usus, ad quem destinata sunt, impius vel supersticiosus deprehendatur, *in alium meliorem pium usum converenda*, minime vero profanis commoditatibus applicanda esse, non minus pie ac religiose, quam convenienter ^{c)} censuit, quod cum insigni eius elogio probasse *Iacobum CVIACIVM*, observavit supra citatus *Gabriel* ^{d)} SCHWEDER.

^{a)} Hieronymus SCHVRPFPI in consiliorum seu responorum iuris centuria I.ma, Francofurti 1575. fol. consil. 48. n. 11. pag. 178.

^{b)} Cit. SCHVRPFPI. cic. loc. consil. 90. num. 13. pag. 362.

^{c)} Phil. MELANCHTON in epitome philosophia moralis.

^{d)} Gabriel. SCHWEDER in cit. collect. nov. consilior. iurid. Tübing. Vol. I. consil. 11. n. 9. pag. 80.



§ XVIII.

CONSENSVS IOANNIS BRVNNEMANNI ET BENEDICTI CARPZOVII RE- CENSETVR.

Iungi consentientibus hoc usque scriptoribus meretur in primis alia adhuc biga doctorum gravissima, *Ioannes nempe BRVNNEMANVS, Antecessor Francofurtensis, ac Iureconsultus Lipsiensis, Benedictus CARPZOVIUS.* Ille statuit a) non solum, data & oblata in certum pium usum, si iste usus desicit, vel in ipsum converti legatum nequeat in aliam caussam piam converti debere, ita quidem, ut exequatores testamentarii, prout expressis addit verbis, *mutatis temporibus possint modum a testatore praescriptum, salva dispositionis substantia, mutare;* sed alio quoque in b) loco in dicto sepius (§ XV. seqq.) MODESTINI responso decisionis sua fundamentum ponens expressis: , *quod legata ecclesiae vel reipublicae non tantum eo casu, quando in istum finem converti non possunt, sed etiam, quando caussa magis necessaria urget, in aliud usum converti possint.* tradidit verbis, cui utrique loco haec ulterior mentis ipsius c) declaratio iungenda videtur esse, quod legata, ad cultum superflitosum dedicata, non possint debeatque *ad secularem transferri usum*, sed potius, quia ultimus horum legatorum finis fuerit cultus Deo praestandus, *ad alios pios destinanda sint usus.* Hic vero, posteaquam, legatum ad pias caussas in usus profanos converti non debere, d) statuit, & ad propositam: *nun legatum ad certam piam caussam in aliam eque piam conversioni possit?* quæstionem negative e) ex rationibus, ultimam uniuscuiusque testatoria voluntatem in genere inviolatam conservare volentibus, respondit, a negativa, ad citatum (§ XV.) MODESTINI responsum adductumque (§ XVI. & XVIII.) BARTOLI & SCHVRPFFFII testimonium provocans, in adfir-

ma-

mativam transit, sententiam, & caussa, quam testator indig-
tavit, cessante fieri posse, immo vero debere mutationem quoad
talia ad pias causas legata, pluribus f) in specie quoque su-
premi in Saxonia Consistorii deciso, in simili caussa dato,
defendit.

- a) Io. BRYNNEMANN in *commentario in quinquaginta libros pandectarum a Samuele STRYKIO*, Francofurti ad Moenum 1692. fol. edito, ad L. 16. de usu & usufructu rel. per legatum & fideicommissum datis, num. 1. 2. & 3. pag. 291. cui loco iungenda sunt ea, qua idem commentatus est BRYNNEMANN ad L. 4. ff. de administratione rerum ad civitates pertinentium pag. 711. in cit. *commentario ad pandectaras*, & in *commentario in duodecim libros Codicis Iustinianei*, Lips. 1679. fol. edito, ad L. 2. C. de frumento urbis Constantino-
politanæ num. 2. pag. 1261.
- b) BRYNNEMANN in cit. *commentario in Cod. ad L. un. C. de expensis ludorum publicorum*. num. 2. & 3. pag. 1275.
- c) Videatur eiusdem BRYNNEMANNI de iure ecclesiastico tra-
ctatus postimus in usum ecclesiistarum evangel. & consistoriorum
conciannatus, & necessariis supplementis adaugitus a Samuele
STRYKIO, Vitemberg. 1721. 4. lib. 2. cap. 3. § 3. § 5.
pag. 279.
- d) Benedictus CARPZOVIVS in *iurisprudentia ecclesiastica*,
Lips. 1649. fol. lib. 2. tit. 21. definit. 332. num. 1. pag. 512.
- e) Cit. CARPZOV. cit. definit. 332. num. 3. pag. 512. scqq.
- f) IDEM cit. definit. num. 5. & 6.

§ XX.

§ XX.

IN EANDEM SENTENTIAM IRE IO. GEORG.
SIMONEM, HENRICVM BRVNINGIVM
ET THEOPHILVM SCHREIBERVM,
OBSERVATVR.

Succedit modo (§ XIX.) productæ bigæ Doctorum celeberrimæ alia adhuc ICtorum triga, in qua *primas* tenet *Iohannes Georgius* a) *SIMON*, ICtus Halensis, postea Ienensis, qui quæstione: „*si testator certam in iudicio suo ultimo causam suppresserit, in quem casum illud, quod relictum, impendi debet, an cessante hac causa, in similem æque piam collocari queat?*” proposita, & a negativa ab initio ventilata, in *affirmativam* transit sententiam. Accedit secundo *Henricus* b) *BRVNING* ad quæstionem: „*an ad certam causam relictam pecunia in aliud usum transferri possit?*” distinguendo respondens, statuensque in casu, si opus vel factum, ad quod pecunia relictæ est, in republica licitum sit, potissimum testatoris voluntatem debere esse, in altero autem, si opus vel factum istud sit illicitum, testatorque nihil etenim caverit, casu relictam dicto modo *pecuniam* de sententia principis & primorum in aliud usum, adhibitis etiam iis, quorum interest, converti posse. Quemadmodum vero & hic auctor rationem decidendi in saepius dicta *MODESTINI* (§ XV.) decisione, *BARTOLI* & *SCHVRPFII* (§ XVI. & XVIII.) testimonio firmata ponit, eamque ipsam in specie etiam ad specialem: „*Si pecunia pronissis pontificis canendis legatur, an sublata missarum celebrati, pecunia in alios usus converti possit?*” quæstionem adpli- cat; ita etiam tertio *Theophilus* c) *SCHREIBER*, Minda Guestphalus, quæstionem: „*an ultima voluntas circa pias causas mutari, & quod ad certum usum relictum est, ad aliud adpli- re possit?*” proponit, &, quin aliquando, *si usus non si neces- sarius,*

sarius, possitque res utilius applicari, licita sit alia eiusmodi legatorum applicatio, & ad certum usum dicatum ad aliam, non profanam quidem, sed itidem piam, caussam destinari possit, non dubitandum esse ait, provocans ad saepe laudatum MODESTINI responsum, citatumque (§ XVII.) ENGELII, nec non Iohannis d) SCHNEIDEWINI, ICti Vitembergensis, testimoniun, qui ipse pluribus quoque docuit, quod ex caussa pietatis, & ex caussa utilitatis, si conditio ecclesiae inde fiat melior, alienari possint res ecclesiasticae mobiles & immobiles.

- a) *Io. Ge. SIMON in cit. diff. de iudicio pro anima, thes. 3. in fine.*
- b) *Henricus BRUNING in dissertatione de variis universitatibus speciebus earumque iuribus, num. 15. thes. 72. pag. 527. & 528. in Nicolai HAMPELI nucleo disseruum seu disputatum, hactenus in iure publico editarum, Giessl. 1621. 4. edito.*
- c) *Theophilus SCHREIBER in thesibus iuridicis inauguralibus de legato ad pias caussas. 4. Giessl. 1685. thes. 22. pag. 14.*
- d) *Ioannes SCHNEIDEWIN in commentariis in quatuor institutionum imperialium D. Iustiniani libros, Argentorati 1632. 4. mai. editis, ad § 8. inst. tit. de rerum divisione num. 8. & 9.*

§ XXI.

EANDEM SENTENTIAM ADPROBAVIT
QVOQVE FACULTAS IVRIDICA
TVBINGENSIS.

Eadem de applicandis nonnunquam ad alios usus pios legatis pios principia, huc usque stabilita, sua repetitis quoque vicibus

E

cibus



cibus fecit *collegium Facultatis iuridice Tübingeris*. Statuit ^{a)} illa olim anno 1685. in redditum perpetuoruin, ex voluntate fundatoris, pro celebranda quotannis missa, clero, ab ipsius familia, vel in subsidium a magistratu Ulmensi denominando, adsignatorum, casu, redditus illos, *cessante iam missarum celebrazione, in stipendum studiorum caussa, iuvenibus ex dicta familia adsignandum*, tanquam in caussam maxime piam, & privilegis ecclesiae ac clericorum gaudentem, converti posse. Antiquis Eadem antecessorum suorum vestigiis insistens, novissime adhuc illo, cuius iam supra (not. e. ad § XI.) mentio quedam facta fuit, in casu, ubi nobilis quidam, Henricus de Westen annuum frumenti redditum monasterio cuidam, postea reformato, pro celebrandis missis anniversariis legaverat, cumdem vero, ob cessantes per religionis reformatae rationem missas, recusabat monasterium catholicum, se illius redditus praestatione a fundatore gravatum fuisse, recentioribus adhuc professum temporibus, statuit, *praestationem dicti redditus anni ob non celebrari amplius solitas missas eo minus cessare*, quo magis certum sit atque indubium, possessiones ac bona, a maioribus ex singulari devotione ad ecclesiae aliosve pios usus dedicatae ac donata in parem, rursus prius ac meliorem, five vera pietati consentaneum usum recte transferri, imo vero transferenda esse, atque adPLICANDA.

a) *Facultas iuridica Tübingeris in cit. collect. nov. consilior. iurid. Tübingeris. Vol. I. conf. II. per tot.*

§ XXII.

HACTENVS DE MVTATIONE PIARVM
CAVSSARVM GENERATIM DICTA
AD ELEEMOSYNAS, PAVPERIBVS
DANDAS ADPLICANTVR.

Quæ vero generatim hoc usque de licita nonnunquam,
immo vero necessaria donationum ac legatorum ad pias cau-
fas

fas relictorum, mutatione dicta sunt, valere illa in specie etiam quoad fundationes ac donationes, ut pauperibus inde eleemosynæ distribuentur, factas, vix ac ne vix quidem dubitatibit æquus rerum æstimator. „Humanitatis nostræ est,, inquiunt VALENTINVS & MARCIANVS a) imperatores, „egenis prospicere, ac dare operam, ut pauperibus alimenta „non desint.,, Perfectæ profecto iustitiae ac pietatis opus est, præcipuumque inter munera principis, immortalitatem merituri, imbellium ac miserabilium personarum curam habere indefessam. Subiacent igitur fundationes eiusmodi omnes principis ac magistratuum inspectioni, qui catenus quoque ad principalem fundatorum ac donatorum intentionem, unde omnia sunt æstimanda (§XIV.), respiciens, foundationum ac donationum eiusmodi administrationem corrigerac determinare possunt pro circumstantiarum qualitate, ipsiusque reipublicæ constituto ordine, veraque eiusdem perpetua utilitate. Huiusce ipsi correctioni ac determinationi ille, qui ptochotrophii Nördlingenensis fundator dici meretur, anonymous in b) litteris pecunia, ab ipso dictarum ædium exstructioni destinata anno 1714. iunctis, lectione omnino ac imitatione dignissimis, suam principalem, quam habuit, benefaciendi intentionem subiecit, inquiens: „Wenn ein solches Haufß sollte aufgerichtet werden, so sind diese sechs alte, und sechs neue Duplonen darum gewidmet, in widrigem Fall wollen -- dieses Geld an was wenden, wodurch etwas nützlichs mag geschafft werden.“

- a) VALENTINVS & MARCIANVS in L. 12. § 2. C. de Ss.
ecclesiis.
- b) Exhibentur hæ litteræ in fünfzigjähriger Gedächtnisseyer des Nördlingischen Armen-Wyzen- und Arbeitsbaues, pag. 419.
in novorum actorum historico ecclesiasticorum parte Ll. Vi-
narix §. 1767. edita.

§ XXIII.

STATUTIS DIEBUS MEMORIA TESTATO-
RVM CELEBRARI DEBET, FVNDATI-
ONES AVTEM AEQUALI RA-
TIONE PER ANNVM DISTRI-
BVI POSSVNT.

Quum igitur contingat nonnunquam, ut in unum eum-
demque diem plurim legatorum distributio vi fundationum
incidat; ab hac ipsa, uno eodemque die plura beneficia distri-
buendi, necessitate suo quasi iure recedit princeps ac magistra-
tus. Curat tali in casu, ut fundationes eiusmodi omnes cum
aliis, qua per a) saccum sonantem aliove modo qualicunque
sublevandorum pauperum gratia colliguntur, oblationibus ac
eleemosynis, ratione totius anni habita, ita distribuantur, ne,
dum una anni parte maiori rerum adfluentia gaudent pauperes,
maiori per reliquias anni partes rerum penuria premi necessario
debeant, verumque eatenus fiat PLAVTI in *Trinummo*
effatum:

De mendico male meretur, qui ei dat, quod edat, aut bibat,

Nam & illud, quod dat, perdit, & illi producit vitam ad
miseriam.

Curabit autem eo maiori iure aequali per omnes anni par-
tes distributionem, quo certius est, non solum unum *memoriae*
conservande finem, a fundatoribus habitum, pari ratione per
annuam ipforum nominum, piarumque ab ipsis factarum funda-
tionum, statis diebus in ecclesia faciendam, recitationem ob-
timeri posse; sed *alteri etiam, eique principali fini, pauperibus*
benefaciendi illa ipsa aequali per totum annum distributione ita
omnino satisfieri, ut nullum superesse possit dubium, testato-
rem

rem unumquemque, si de hac ipsa disperiendi ratione fuisse interrogatus, illam ipsam intentioni sua prorsus conformem esse, declaraturum fuisse. Pro disposito autem haberi illud, de quo, si interrogatus fuisse testator vivus, se ita sensisse, respondisset, supra (§ XIV.) fuit observatum.

- a) Conf. Chr. WILDOGELII *diff. de oblationibus, quae sunt in ecclesia per sacculum sonantem, vom Klingebeutel, Ieu. 1705. 4. recus. ibid. 1751.*

§ XXIII.

DICTAM AEQVALEM DISTRIBVENDI RATIONEM NON EXCLVDERE PROPOR-
TIONEM, PRO PERSONARVM QVA-
LITATE OBSERVANDAM,
OSTENDITVR.

Quæ vero de æquali ratione, in distribuendis eleemosynis observanda (§ XXIII.) dixi, illa non ita sunt intelligenda, & eo usque extendenda, ut æquales omnibus indistincte pauperibus portiones adsignandas putem esse. Licet enim in L. 10. D. de accusationibus & inscriptionibus illi dicantur pauperes, qui minus, quam quinquaginta aureos habent, & hodienum adhuc fortasse non omnes desint, qui certis cancellis generatis paupertatis fines, absque personarum earundemque qualitatis respectu, determinare conentur, æqualis tamen paupertatis determinandæ ac æstimandæ norma stabiliri nequit, quum paupertas, recte definita ^{a)} Conrado HERPERO, Hanovienfi, sit carentia pecuniae secundum personæ qualitatem, & proinde cum Daniele ^{b)} GEHE, civitatis Rochliensis Syndico, pauper dicendus sit, qui se suosque pro conditione & qualitate sua alere,

*aleve, deque necessarius providere non potest. Determinatio igitur
quantitatis unicuique tribuenda relinquitur arbitrio ac con-
scientiae prudentis magistratus, in primis regulam, a supra lau-
dato Theologo, Theodoro c) THVMMIO commendatam, obser-
vantis: „Prudenti igitur inspectione magistratus in mendican-
tes animadvertat, indigenas quisque suos alat ac foveat, ad-
„venas vero & convenas sine litteris, fideiac vitæ testibus ne
„recipiatur. „*

- a) *Cour. HERPFER in disp. de privilegiis pauperum. Argento-
rati 1669. § 5. pag. 6. & 7.*
- b) *Daniel GEHE in tractatu iuridico de iuribus & privilegiis mi-
serabilium personarum, tam generalibus, quam specialibus,
Martisburgi 1673. 4. pag. 7. cui iungi meretur Benjamin
van der BORCH in diss. iur. publ. de iure pauperum.
Traiecti ad Rhenum 1762. 4.*
- c) *Theodorus THVMMIVS in cit. tractatu de bonis ecclesie,
pag. 83.*

§ XXV.

QVATENVS AD SVSTENTATIONEM
PAUPERVM CONCVRSVS OMNIVM
CIVIVM FIERI POSSIT DEBEAT-
QVE, OSTENDIT VR.

Quum autem contingat nonnunquam, pias, in favo-
rem pauperum factas, fundationes in civitate aliqua vel repub-
lica sustentationi pauperum debite non sufficere, suadente
Adame 1) RECHENBERGIO, Theologo Lipsiensi, *inculcant*
non solum clerici hoc ipsum *charitatis* opus auditoribus suis;
sed

sed curat catenus quoque magistratus vel princeps, ut de *no-*
vis redditibus prospiciatur *piis*, unde pauperes suam sustentatio-
nem exspectare debent, *corporibus*. Ut hic finis obtineatur,
non præcise opus est, gravi *nullitatis pena* adigere testatores,
ut pauperibus in suis aliquid relinquant testamentis, qualis,
ut scholæ aliquid in unoquoque testamento relinquatur, sub
nullitatis pena præcipientis, statuti Hanoviensis meminit vene-
randus Facultatis iuridicæ Tubingensis Senior, Magnificus
D. D. b) SCHOEPFF, Fautor meus colendissimus. Sustulit
eandem *pœnam*, in civitate Brunsvicensi obtinentem, Dux
Brunsvico c) Guelpherbytanus, Carolus, eiusque loco sub
pœna decem taberorum, *piis* solvenda corporibus, d. 20. Febr.
1758. statuit, *ut in omnibus testamentis, transactionibus, pactis*
dotalibus & contractibus, de rebus immobilibus in eundis, ad piis
cauſas viarumque reparationem relinquatur aliquid, ac donetur.
Licet autem summa in republica potestati, non solum tali
ratione pauperibus, piisque, ad eorundem sustentationem con-
stitutis, corporibus prospiceret, sed in genere etiam, quidquid
iniquior illa vidua, apud Caspar. Henr. HORNIVM d) ICtum
Vitembergensem, obganiat, imperare subiectis sibi civibus,
ut eleemosynas præstent, ditioresque in primis, ut in pium
huncce usum ex iis, quorum abundantia laborant, non nihil
conferant, adigere, citatis e) HORNI & HERPERO f) ob-
servantibus.

a) Adam RECHENBERG in exercitatione theologica de officio
ministri ecclie. Lips. 4. 1703. §. 32.

b) Magnificus D. D. SCHOEPFF in selectarum decisionum & re-
solutionum parte 2. Tüb. 1730. 4. decif. 215. pag. 65. seq.

c) De Brunsvicensi isthac *lege* videantur Physicalisch-Oeconomische Auszüge aus den neuesten und besten Schriften, die zur Natur-



Naturlebre, Haubaltungskunst, Policey - Cameral- auch andern damit verwandten Wissenschaften gehören I. Band, Stuttgart 1758. 8. II. Stück, pag. 318. seq.

- d) Casp. Henr. HORN in observationibus circa iura eleemosynarum & aliarum collectarum ecclesiasticarum, templorum & be-tularum pentecostalium a Christiano HANACK, professore postea pariter Vitembergensi defensis, cap. 1. pag. 3.
- e) Cit. HORN. cit. cap. 1. pag. 5. & 6.
- f) Cit. HERPFER in cit. diss. de privilegiis pauperum, § 22. pag. 17.



Tübingen, Diss., 1763-67

ULB Halle
005 847 915

3



VD18

TA → OL

B.I.G.

Black

White

3/Color

Red

Magenta

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches

Farbkarte #13

DE
CAVSSARVM
TATIONE

EO AVSPICE
ORVM ORDINIS CONSENSV

PRAESIDE
CO GVILIELMO
FINGERO

RIVM D. HORVMQVE P. P. O.
MBERG. DVCIS CONSILIARIO
ENTIARVM ROVEREDENSIS
QUE LATINARVM IENENSIS
ARCHICO BADENSIS

SOCIO
NDIS SVMMIS IN IVRE
HONORIBVS

ISPVTABIT
DINANDVS CAMERARIVS
TVBINGENSIS

SEPTEMBRIS MDCCCLXVII.

TVBINGAE
CIS FVESIANIS.



E. 15. Bautz. 21.

1767 9.

28